



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 72. Ordinum repugnantia contra hasce exactiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

Sæcul. XVI.

§. LXXII.

A. C. 1569.

Ordinum repugnantia contra hujusmodi exactiões.Strada &
Thuan. l. c.

Eapropter Ordines Bruxellis hanc rem congregati, hujus decimæ partis exactiõni oblittebant, exponentes, quod eo tributo commercia cum Belgii alimentum everterentur, nec unquam permiffuri essent mercatores, atque opifices, ut pro eadem sæpius decimam solvant; quippe antequam panni, tapetes, & quæque textilia conficerentur, distraherenturque solvenda esset decima, pro lana, pro de pro filo, tum pro textura, tincturaque, ac denique pro pluribus hujusmodi artificiis, adeo, ut auctis mercium pretiis emptores absterrentur, & alio potius opifices migraturi essent summa interim egestate in Belgii provinciis relicta: quapropter Albæ Ducis in animum revocabant, quantum compendii, quæstusque Britannis addidisset, ex quo Belgæ ante annos ducentos, eluvionibus de natali solo pulsatam transtulere pannorum texturam in Britanniam, ejus artificii ante rudem: præterea quædam opificia in Belgio adhuc superesse dicebant, quorum viciniore populi expertes sunt, haud modice distanti, si illuc artifices commigraverint.

Ast nihil efficiebatur apud armatum, victoremque Albæ Ducem, qui ad hæc rationes flecti haud poterat, unde Procere ad pendendam decimam, & vigesimam partem metu adigebantur, Geldrienses tamen, & Frisii centesimam pecunia exsoluta redemerunt: cum vero grande æs ad redimendam eandem ceteris provinciis imperatum esset, exortæ rursus sunt novæ difficultates, pro quantâ nimirum parte singulæ provinciæ in tributum venirent: quocirca ex omnibus hisce altercationibus progressu temporis novi exoriebantur tumultus.

Sæcul. XVI.
A. C. 1569.

§. LXXIII.

Bellum a Calvinistis in Francia continuatum.

Interea Calvinistæ in Galliis bellum contra suum Principem, ac Regem semper continuato furore prosequabantur, & jamjam Mense Januario hoc anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo nono urbem, vulgo Sancti Michaelis in Eremo dictam, quæ ad maritimam oram in Pictavia erat extructa, occupabant, illiusque monasterium, atque Ecclesiam funditus evertabant: equidem Regis copiæ Sanceras recuperare tentabant, irrito tamen successu, cum urbs a rebellibus jam occupata esset. Postea Jacobus Sabaudus Nemor-

*Tiv. l. 45.
p. 564.
Dupleix hist.
de France t.
3. p. 739.
La Popel.
l. 15.*